



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,  
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

**Johannes <de Turrecremata>**

**Lyon, 18. Jan. 1509**

Dominica prima aduentus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)



**M** pma do-  
mínica aduen-  
tus apud fra-  
tres predica-  
tores dicit illud  
euāgeliū mat-  
thei. xxi. Cum  
appropinquasset iesus Hieroso-  
lymā. in quo fit mērio de aduen-  
tu christi in carnē. dicit dicit. Di-  
cite filie syon. ecce rex tuus ve-  
nit tibi etc. In hac dñica pos-  
sunt sequētes quēstiones dispu-  
tari. ¶ Prima utrū pro redē-  
ptione generis humani necessa-  
rium fuit deū incarnari. ¶ Se-  
cūda: utrū si homo nō peccasset  
deus incarnatus fuisset. ¶ Tertia:  
utrū pueniētius fuit filiū dei in-  
carnari q̄ aliquā aliā personā.



**D** prima sic pcedit. Et videtur q̄ nō fuerit necessarium deū incarnari. ¶ Primo sic. deus enim cum peccatus nihil virtutis accreuit sibi per carnē assumptā. si ergo incarnatus naturā reparauit etiam absq̄ carnis assumptione eā potuit reparare. ergo nō fuit necessarium etc. ¶ Secūdo sic. cum deus sit summe misericors. immo miserationes eius super oia opera eius. magis de-  
cuit vt deus ostēderet immēsitatē misericordie sue q̄ seueritatem iusticie. sed ad magnitudinē mi-

sericordie sue pertinet vt peccata sine satisfactione dimittat. ergo deus humanā naturā reparare potuit et debuit nō expectādo satisfactionē. ergo nō fuit necessarium etc. ¶ Tertio sic. quicūq̄ potest satisfacere pro maiori peccato potest satisfacere p̄ minori. sed mortale peccatū actuale est magis actuale q̄ originale. q̄ habet plus de volūtario. ergo cum homo possit satisfacere p̄ mortali peccato. multo fortius p̄ originali satisfacere poterit. et sic nō est necessarium deū incarnari. ¶ In oppositū arguit sic. illud p̄ quod humanū genus liberat a perditione est necessarium ad humanā salutē. sed mysteriū diuine incarnationis est h̄mōi. s̄m̄ illud Job. ij. Sic deus dilexit mundum: vt vnigenitū filiū suū daret. vt ois qui credit in eū nō pereat sed habeat vitā eternā. ergo necessarium fuit ad reparationē generis h̄māni deū incarnari. ¶ Secūdo sic. nō erat pueniēs vt vna natura nobilissimarū creaturarū a suo fine totaliter frustraretur. sed humana natura est inter nobilissimas creaturas. cum ergo tota corrupta fuerit per peccatū in primo parēte et ita beatitudine priuata ad quā instituta erat. cōgruū fuit ipsam reparari. sed reparatio nō potest fieri nisi peccatū dimittat. nec iustū est vt peccatum sine satisfactione dimittat ergo necessarium fuit p̄ peccato totius nature humane satisfieri

Dominica prima aduentus.

sed satisfactio decenter fieri non potest nisi ab eo qui debet satisfacere et potest sed non debet nisi homo qui peccauit. Cum autem nullius creature bonum excedat bonum humane nature totum ut reparationem per tota natura facere posset. pro quod nulla creatura per hominem satisfacere posset. nec ipse per se cum peccator indignus reddat. ergo necessarius fuit ut deus homo fieret ad satisfaciendum pro hominibus. ¶ Respondeo dicendum. quod deum incarnari aliquo modo fuit necessarium. et aliquo modo non. Pro quo notandum iuxta sanctum Thome. (3. par. q. 1. ar. 2.) quod ad finem aliquid dicitur necessarium dupliciter. Uno modo sine quo finis haberi non potest. sicut cibus est necessarius ad preservationem humane vite. Alio modo dicitur necessarium per quod melius et convenientius peruenit ad finem sicut equus est necessarius ad iter. ¶ Primo modo necessitatis deum incarnari non fuisset necessarium ad reparationem humane nature. deus enim per suam omnipotentem virtutem poterat humane nature multum aliis modis reparare. Secundo autem modo necessitatis necessarium fuit deum incarnari ad reparationem humane nature. hanc conclusionem ponit Augustinus. xiiij. de tri. d. Ostendimus non alium modum possibilem defuisse deo cuius potestati omnia equaliter subiacerent. sed sanande misericordie nostre convenientioris modum alium non fuisse. ¶ Cuius incarnatio

nis necessitas siue convenientia ex tribus sumitur. (ut dicit sanctus Thome. 3. sen. di. 1. q. 1. ar. 2.) scilicet ex plenitudine diuine misericordie. et immutabilitate iusticie ipsius. et ex decem ordine sapientie eius. Quia enim deus est summe bonus et misericors de cuius nulli creature negare hoc cuius est capax. Unde cum natura humana lapsa esset. et nihilominus reparabilis foret. de cuius ut eam repararet. quod etiam iusticia eius immutabilis est. cuius lege sancitum est ut nunquam peccatum siue satisfactione dimittatur de cuius ut in humana natura esset qui satisfacere posset. et quod hoc purus homo per se facere non poterat ut dictum est. de cuius ut deus qui summe sapiens est alium quem convenientissimum modum reparationis adinueniret. Modus autem convenientissimus est ut integra natura repararetur et faciliter ad id quod amiserat homo peruenire posset. Si autem homines per angelum repararet. non integra esset reparatio. quod homo semper angelo salutis sue debitor esset. et ita in beatitudine ei equari non posset. quod tamen assecutus fuisset si non peccasset. sicut etiam nunc persequuntur homines per gratiam reparationis ut sint sicut angeli dei in celo. Matth. xxiij. Et ideo de cuius ut non angelus sed ipse deus homines repararet. multe alie convenientie assignantur incarnationis quas nos breuitatis causa. et quod communis in sermonibus sunt pertractantur.

mus. Ad rationes in oppositū dicendū. Ad primā respōdet q̄ ratio illa p̄cedit s̄m illuz modū necessarij sine quo ad finē perueniri nō potest. hoc autē necessitatis modo dictū est nō esse necessariū deum incarnari. Ad secundā respōdetur negādo consequentiā. Et ratio est. q̄ lz deus sit summe misericors. sua tñ misericordia nullo mō obuiat sue iusticie. Misericordia em̄ que iusticiā tollit magis iusticiā q̄ virt̄ dici debet. et per cōseq̄ens talis deum nō decet p̄pter quod deus misericordiā suā infinitā sic manifestare voluit. vt in nullo iusticie eius derogaretur. qd̄ factū est dum p̄ nobis homo factus est vt p̄ nobis satisfaceret. in quo etiā abundātor misericordia ostēsa est ad nos q̄ si sine satisfactione pct̄m̄ dimisisset in quantū nostrā naturā magis exaltauit et p̄ nobis mortē pertulit. Ad tertiam respōdetur. negādo q̄ peccatum originale sit minus malū. Pro quo notādū q̄ (vt dicit sanc. tho. 3. sen. di. 1. q. 1. ar. 2. ad. vj.) quātitas originalis et actualis mortalis peccati pōt dupliciter attēdi. vel quantū ad principiū vel quantū ad bonū qd̄ per vtrūq̄ priuatur. Principiū autē actualis peccati volūtas p̄pria est. Principiū autē originālis in isto est origo eius viciata. Unde originale quodāmodo necessariū est. sed actuale est omnino voluntariū. vnde habet plus

de ratione culpe. et est magis vtuperabile bonum autē q̄ actuali peccato corrumpitur est bonū huius persone. cui preponderat bonum totius nature qd̄ per originale corrumpitur. quia bonuz gētis est diuinius q̄ vnus hominis bonuz. vt dicit. ij. ethicoz vt sic posset dici q̄ actuale est magna culpa originale vero magis malum. Actio autē satisfaciētis est p̄portionata quantitati culpe ex parte boni quod per culpā corrumpitur. Et ideo cū omnis actio sit per sone. quia actus singulariū sūt. Ideo ad satisfactionem p̄ actuali sufficit act̄ cuius cūq̄ hominis cū gratia diuina non autē ad satisfactionē p̄ peccato originali nisi actio illi hōminis plus valeret q̄ totū bonū humane nature. et sic non posset esse purus homo. et id oportuit esse deum et hōiem qui pro originali satisfaceret.



**D** secundam questionem sic proceditur. Et videt q̄ etiā si hō nō peccasset de⁹ incarnatus fuisset. **P**rimo Circa sanc. tho. 3. sen. di. 1. q. 1. ar. 3. Sic Deus. xxxij. dei perfecta sunt opera. sed perfectio nō potest esse nisi vltimū cōiungat̄ principio vt sic quasi quidā circulus cōcludatur. et additio alterius fieri nō posset. Cū ergo ip̄e

Domínica prima aduentus.

deus sit principiū et homo sit vltima creaturaru decuit ad perfectionē vniversi vt etiaz si homo nō peccasset deus homo fieret. ¶ Secūdo sic Roma. j. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta cōspiciūtur. sed potētia sapientia et bonitas dei infinita sunt. ergo decuit etiam si homo nō peccasset ista i aliquo effectu manifestari. sed potētia infinita nō manifestat nisi per effectū infinitū. nec sapiētia infinita nisi per decorem infinitū. nec bonitas infinita nisi per cōiunctionem infinitam. Cum ergo nulla creatura sit infinita. nec in ea infinitus sit decore et forma et proportione partiu. nec itez aliqua creatura cōiunctionē infinitā boni recipiat. videt q̄ decuit etiā homine nō peccate vniri deū homini vt ex parte hominis ratio esset ex parte dei infinitas et ex cōiunctione dei ad creaturā infinitus decore resplēderet. et infinitū bonū ipsi humane nature cōiicaretur scz persona increata que in ea subsisteret. ¶ Tertio sic. Non est in aliquo capacitas humane nature per peccatū ampliata. sed post peccatū humana natura inuēta est capax tanti boni vt a deo assumere in vnitate persone. ergo et ante peccatū huiusmodi dignitatis capax fuit. sed ad deum qui infinito amore diligit ea que sunt p̄tinet vt nullum bonū creature denegat cui est capax. ergo ipse humanā na-

turam assumpsisset etiā si homo nō peccasset. ¶ Quarto sic. Non est credēdū q̄ homo ex peccato aliquod cōmodū reportauerit. sed maxima dignitas hūane nature est in hoc q̄ assumpta est in vnitate p̄sone diuine. ergo hoc per peccatū homo p̄secutus nō est. et sic idem qd̄ prius. ¶ Quinto sic. Luz homo ad beatitudinē fit creat̄ ante peccatū tot̄ beatificand̄ erat. sed beatitudo hominis q̄tum ad partē sensitiuā erat in aspectu humanitatis assumptę. q̄tum v̄o ad partē intellectiuā in intuitu diuinitatis assumētis. Sic em̄ egrediet hō et egrediet. vt augu. exponit. et pascua inueniet. Job. r. ¶ In opposituz est augustin̄ in lib. de v̄bis dñi exponēs illud Matth. xvij. Venit filius hoīs q̄rere et saluū facere qd̄ perierat. si homo non peccasset filius hoīs nō venisset et loquitur de aduētū in carne. ¶ Respōdeo dicēdū q̄ vt tangit sc̄tus Tho. in tertio. et in tertia parte super hoc diuersi diuersi mode opinati sunt. Quidā enim dicūt q̄ etiaz si homo nō peccasset. dei filius fuisset incarnat̄. Alij v̄o contrariū asserūt. quozū assertioni magis videt cōsentēdum. Cuius ratio est. (vt habet sanc. tho. 3. par. q. 1. arti. 3.) quoniam ea que ex sola dei voluntate veniūt super omne debitū creature nobis immorescere non possunt nisi quatenus in sacra scriptura traduntur per quā diuina

Aduentu xpi in carne  
1025. Quidam autem dicunt  
Aduentu xpi in carne

voluntas innotescit Unde cū in facta scripturaybiq; incarnationis ratio ex peccato primi hoīs assignet. conuenienti? dicit in carnationis opus ordinatū esse a deo in remediū peccati. ita q; peccato nō existente incarnatio non fuisset. q̄uis potētia dei ad hoc limitef. Potuisset enim etiam peccato nō existente deus incarnari. ¶ Hāc ergo assertionē siue opinionē tanq; ueriores sequentes dicimus ad questionez respondētes. q; si homo non peccasset de? incarnatus nō fuisset. ¶ Ista cōclusio probat. ¶ Primo sic sup illud. j. Thij. j. Jesus uenit in hunc mūdum peccatores saluos facere. dicit glosa. Nulla causa fuit ueniendi christo dño nisi pctōres saluos facere. Tolle uulnera. tolle morbos r nulla est causa medicine sed remota causa remouet effect. ergo cōclusio uera ¶ Scdo sic. Dicit leo papa in sermone de natiuitate. Si enim homo ad ymaginē r similitudinē dei factus in suo honore māfisset. creator mūdi creatura nō fieret. aut sempiternus temporalitatē subiret aut equalis deo p̄i dei fili? formas serui assumeret ergo conclusio uera. ¶ Ad rōes in oppositum. Ad primā respōdet. negādo cōsequentia. Et rō est. Quia licet yniuersum pficiatur in cōiūctione ulmi ad principijū primi. nō tamē oportet q; in cōiūctione que est in ynitare p̄sone sed in cōiūctio-

ne que est in ordine ad finē. Unde ad perfectionē yniuersi sufficit q; naturali modo creatura ordinat sic in deū sicut in finē. Hoc autē excedit limites p̄fectionis creature ut creatura yniat deo in persona. ¶ Ad scdam respōdetur etiā negādo cōsequentia. Et ratio est. q; in p̄ductiōe minime creature manifestatur potentia infinita r sapiētia r bonitas dei quia quelibet creatura ducit in cognitionē alicui? primi r summi quod infinitū est in omni perfectione. nec oportet q; potētia infinita p̄ effectū infinitū manifestet. nec bonitas infinita per cōmunicationē infinitā. sed sufficit ad ostendendā bonitatē infinitā hoc scz q; ynicuiq; fm suā capacitatē largit. ¶ Ad tertiam respōdet. q; capacitas alicuius creature potest intelligi dupliciter. uel fm potētia naturalē que pertinet ad rationē naturalē et sic nullā capacitatē nature uacua de? dimittit in genere q̄uis capacitatē alicui? creature particularis non impleat p̄pter aliquid impedimentū. Uel intelligi potest fm potētia obediētialē fm quam quelibet creatura habet q; ex ea posset fieri q; de? uult. r hoc modo in humana natura est capacitas huius dignitatis. ut in ynitare diuine p̄sone assumat. nec oportet q; deus tales capacitatē impleat sicut nec oportet q; deus faciat quicquid potest. sed fm q; congruit ordini

## Domínica prima aduentus.

sapientie eius. Ad quartá re-  
spondetur negando assumptum  
quoniá vt dicit apostol<sup>9</sup> ad Ro-  
ma. v. Ubi abundauit delictum  
supabundauit et gratia nō est in-  
comeniēs vt aliquod bonum ex  
peccato deus eliciat qđ sine pec-  
cato nō fuisset. sicut patet in ali-  
quibus virtutibus. vt in pacien-  
tia et penitentia. et etiam ex pec-  
cato hominis hoc optimum po-  
tuit elicere vt filius dei incarna-  
retur. Propter quod dicit Bre-  
gorius. O felix culpa que talem  
ac tantā habere meruit redem-  
ptionem. Ad quintā responde-  
tur. negando minorem dicimus  
enim iuxta sanctū thomā qđ bea-  
tudo toti<sup>9</sup> hominis est ex ipsa  
deitate in quā virtus interi<sup>9</sup> im-  
mediate fertur ex quo redundat  
gloria in inferiores partes ani-  
mez in ipsum corpus in visione  
autē humanitatis erit quoddaz  
gaudiū accidentale. sicut etiam  
in victoria passionis eius. et ta-  
men cōstat apud oēs qđ si homo  
nō peccasset de<sup>9</sup> pass<sup>9</sup> nō fuisset.



**T**ertiam  
questionem sic  
pceditur. Et vi-  
detur qđ nō fuit  
cōueniētius fi-  
liū dei incarna-  
ri qđ patres aut  
spiritum sanctum. **P**rīmo sic.  
(Iuxta sanc. tho. 3. sen. di. 1. q. 2.  
ar. 2.) Sicut in misterio incar-  
nationis mōstrata est sapientia

in decentia reconciliationis. Ita  
etiā mōstrata est potētia in hoc  
qđ in infinitum distantia iuncta  
sunt. et etiā bonitas in hoc qđ nō  
desperit propriū plasmatis infir-  
mitatē. vt dicit Damascen<sup>9</sup>. sed  
sicut sapientia attribuitur filio  
ita bonitas spiritui sancto et po-  
tentia patri. ergo non magis de-  
cebat filium incarnari qđ patres  
vel spiritum sanctum. **S**ecundo sic  
Victoria potentie attribuitur.  
sed per incarnationes secuta est  
victoria de hoste. ergo incarna-  
tio magna decebat patrē cui ap-  
propriat potentia. **T**ertio sic  
arguitur de spū sancto. Eorū enī  
que magis vicina sunt decētor  
est coniunctio. sed spū sanct<sup>9</sup> est  
persona nobis magis vicina. vt  
dicit Augustin<sup>9</sup> libro de spiritu  
et anima. ergo spiritū sanctū ma-  
gis decebat incarnari qđ filium.  
**Q**uarto sic arguitur. Incarna-  
tio dei processit ex maxima ca-  
ritate quam ad nos habuit. sed  
caritas appropriat spiritui san-  
cto. ergo potissime decebat spū  
sanctū incarnari. **I**n oppo-  
sitū arguit sic. In mente nostra  
sunt tria tres psonas representan-  
tia. s. mens qđ representat patrē.  
verbum mentis quod representat  
filium. et amor qui representat spū  
sanctū. sed inter hec tria verbū  
mētis p̄cipue cōparabile est. s. in  
qđ exterius per vocē sonat. ergo  
et incarnatio cōueniētissime ver-  
bum eternū decuit quod est ipse  
filius dei. **R**espondeo dicendū

Dominica prima aduentus. Fo. v

quod decētius fuit filium dei incarnari quod patrem vel spiritum sanctum. Que decētia incarnationis filij dei attenditur et proprijs et ex appropriatis. In proprijs autē possunt quattuor considerari scilicet quod filius est. quod verbum est. quod imago. quod media in trinitate persona. Scdm autem quod filius est cōuenit ad reparationem vt per eum cuius naturaliter est hereditas alij in filios adoptarentur et coheredes fiant. Scdm autē quod est verbum. cōuenit ad reparationē. quia inquātū tale habet congruentiā ad officium predicationis et doctrine. quia verbū manifestat dicentem et ipse manifestauit patrem Joh. xvij. Pater manifestauit nomen tuū hominibus quos dedisti mihi de mūdo. Inquātū vero est ymago cōuenientiā habet cum eo quod reparandus erat scilicet cum hoīe qui ad ymaginem dei factus est. Beñ. primo. Unde decuit vt ymago imaginē assumeret icreata creatam. Inquātū est media in trinitate psona cōgruit ad vltimū effectū. qui est recōciliatio hominis ad deum. Decet enim vt qui est mediator. Inueniūtur etiā quattuor in filio appropriata. scilicet sapientia. et virtus ab apostolo. equalitas ab augustino. species et pulcritudo ab hilario. Inquātū autem sapientia est. cōgruit ad reparationē. quia decet vt quod in sapientia facta sunt per sapientiam restaurētur. Inquātū autem est virtus et brachium patris congruit ad victoriam de hoste capiendam. Luce primo. Fecit potētiam in brachio suo. Inquātū vero est equalitas. cōgruit etiam morbo qui sanandus erat. Uterque enim scilicet homo et diabolus peccauerūt appetendo equalitatem dei. Ille potētie. iste scientie. Inquantum vero species et pulcritudo est. congruit reparationi vt per ipsum deturpatione ymaginis per peccatum inducta amoueretur. Patri vero non cōuenit incarnatio. precipue propter proprietatem imascibilitatis. Non enim decet vt qui in diuinitate est pater. in humanitate sit filius. Sic enim filius dei patris esset nepos virginis. si ipsa virgo mater esset dei patris. Similiter etiā nec spiritui sancto cōuenit. ne nomē filij in plures personas trāfferatur. Ad rationes in oppositis. Ad primam respondetur negādo cōsequentiā. Et ratio est. Quia licet in incarnatione ostendatur potētia sapientie et bonitas. et ideo efficacia incarnationis toti trinitati tribuitur. opus tamen quod deo incarnato debebatur attribuit per filium expleri decuit. ratio nibus dictis. et ideo tota trinitas carnem soli filio vniuit. Ad secundā respondetur negādo consequentiā. Et ratio est. Quia non est potentis per potētiam minus potentem vincere. hoc enim

tiam restaurētur. Inquātū autem est virtus et brachium patris congruit ad victoriam de hoste capiendam. Luce primo. Fecit potētiam in brachio suo. Inquātū vero est equalitas. cōgruit etiam morbo qui sanandus erat. Uterque enim scilicet homo et diabolus peccauerūt appetendo equalitatem dei. Ille potētie. iste scientie. Inquantum vero species et pulcritudo est. congruit reparationi vt per ipsum deturpatione ymaginis per peccatum inducta amoueretur. Patri vero non cōuenit incarnatio. precipue propter proprietatem imascibilitatis. Non enim decet vt qui in diuinitate est pater. in humanitate sit filius. Sic enim filius dei patris esset nepos virginis. si ipsa virgo mater esset dei patris. Similiter etiā nec spiritui sancto cōuenit. ne nomē filij in plures personas trāfferatur. Ad rationes in oppositis. Ad primam respondetur negādo cōsequentiā. Et ratio est. Quia licet in incarnatione ostendatur potētia sapientie et bonitas. et ideo efficacia incarnationis toti trinitati tribuitur. opus tamen quod deo incarnato debebatur attribuit per filium expleri decuit. ratio nibus dictis. et ideo tota trinitas carnem soli filio vniuit. Ad secundā respondetur negādo consequentiā. Et ratio est. Quia non est potentis per potētiam minus potentem vincere. hoc enim



## Domínica secunda aduentus.

violentū est ⁊ non laudabile sed per iusticiam ⁊ sapiētiā vince re. ⁊ ideo per filii debuit deus pater hostem vincere. ¶ Ad terciā respōdetur. q̄ ratio nō procedit. quia spūs sanctus nō dicit ideo vicinior nobis q̄ sit cōin gibilior carni q̄ filius. sed propter caritatem per quam nobis omnia dona donatur. ¶ Procedit enim vt dicit albertus. vt donuz a patre ⁊ filio donabile rationali creature. talē autem respectū ad nos nō importat nomen filij fm̄ q̄ est in patre. fili⁹ tamen est nobis magis vnitiuus quantum ad cōgruentiā incarnationis rationibus dictis. ¶ Ad quartā respondetur negādo cōsequentia. Et ratio est. Quia licet caritas dei sit causa incarnatiōis. ⁊ ideo causalitas diuine. incarnatiōis quīs communis sit tribus personis appropriatur spūi sancto. non tamen ex hoc sequit̄ q̄ spūs sanctus debuerit incarnari.



**V** Domini ca secunda cātatur enāgelium. Erunt signa in sole et luna. etc. Luc. xxi. In quo quia tāgitur de aduentu christi ad iudiciū. possunt disputari sequētes questionēs. ¶ Prima est. Utrum generale iudiciū sit futurum. ¶ Secunda. Utrum omnes iudicādi in iudicio videbūt

filiū hominis. id est. Christus in forma hūana gloriose iudicāre. ¶ Tertia est. vtrū signa que assignantur in lectione enāgelij procedant iudiciū. ¶ Quarta est. Utrum tēpus futuri iudicij potest determinate sciri ab aliquo homine.



**D** primas questionē quaerit. Utrum generale aut vniuersale iudiciū futurū sit. proceditur sic. Et videtur q̄ nō. ¶ Primo sic. Cyt hz sanct⁹. thō. 4. sen. di. 47. q. 1. ar. 1. q. 1. Naum primo dicit fm̄ aliam litteram. Non iudicabit bis deus in idipsum. sed nūc de⁹ iudicat de singulis hominuz operibus. cum post mortem vni cuiq̄ penas vel premia pro meritis tribuit ergo non videtur q̄ aliud sit iudiciū futurū expectādum. ¶ Secūdo sic. In nullo iudicio executio sententię precedit iudiciū. sed sententiā diuini iudicij quo ad homines est de adeptiōne regni vel excludiōne a regno. vt patet. Mathei. xxv. ergo cum modo quidam accipi scantur regnū eternū Unde dominus latroni in cruce dixit. Hodie mecum eris in paradiso Luce. xxiij. Et quidam excludantur ab ipso perpetue. Unde Luce. xvi. dicitur. Mortuus est diues ⁊ sepult⁹ est in inferno. ergo